Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



regnum sup regnum: et erunt terre motus p loca et fames. Inici
um dolorum hec. Videte autē uos metipsos. Tradent enī uos
in conciliis. et in synagogis uapulabitis: et ante reges et p̄sides
stabitis. ꝓpter me in testimonium illis. Et in omnes gentes ~~opor~~
primum oportet p̄dicari eglm. Et cum duxerint uos tradentes:
nolite precogitare quid loquamini: sed quod datum uob fuerit
in illa hora. id loquimini. Non enī uos estis loquentes: sed spiri
tus sanctus. Tradet enī frater fratrem in mortem. et pater fili
um: et consurgent filii in parentes. et morte afficient eos. Et
eritis odio omnibus: propter nomen meum. Qui autem sus
tinuerit in finem. hic saluus erit. ℣ lucā.
In illo t. Dixit ies. dis. s. Cum audieritis prelia et sedicion
es: nolite terreri. Oportet primum hec fieri: sed non dū stati
finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem. et regnū
aduersus regnum: et terre motus magni erunt per loca. et pesti
lencie. et fames. terroresq; de celo: et signa magna erunt. Sed
ante hec omnia inicient uobis manus suas et persequentur: trade
ntes in synagogis. et custodias: trahentes ad reges et p̄sides. ꝓpter
nomen meum. Contigent autē uobis in testimonium. Ponite
ergo in cordibus uestris: non p̄meditari quem ad modum respon
deatis. Ego enī dabo uobis os et sapienciam: cui nō poterūt re
sistere et contradicere omnes aduersarii uestri. Trademini autē
a parentibus et fratribus et cognatis et amicis: et morte affici
ent ex uobis. Et eritis odio omnibus: ꝓpter nomē meū. Et ca
pillus de capite uestro non p̄ibit. In pacienciā uestra possidebi
tis. animas uestras. ℣ Mathm
In illo t. Sedente iesu sup montem oliueti: accesserunt ad e
um discipuli. secreto dicentes. Dic nobis. Quando hec erunt.
Et quod signum aduentus tui et consumacionis seculi. Et
respondens iesus: dixit eis. Videte ne quis uos seducat. Multi
enī uenient in nomine meo. dicentes. ego sum xp̄c: et multos